

Barensem, Philipus de minori parte  
videns se deficere resignavit, Petrus  
vero sub spe obtinendi gratiam idem  
fecit; tunc sedes apostolica dominum  
Henricum Delphinum Metensibus prefecit  
in pastorem et episcopum.

Episcopus LXXIX.<sup>us</sup>

Dominus Henricus Delphinus episcopus  
Metensis 69. anno Domini 1319 ad  
sedem episcopalem Metensem est assumptus.  
Hic tenuit episcopatum 5 annis ~~et~~<sup>non</sup>  
secutus consilium Deuteronomio VI.  
fac quod bene placitum est et bonum  
in conspectu Domini; ymo cumulando  
malum fecit in contrarium. Nam ipse  
anelabat ad dominium Delphinatus.  
Ideo ad aliquos annos, ne ad ordines  
promoveretur, dispensationem obtinuit.  
Quibus finitis adhuc episcopatum  
sine dispensatione tenuit. Interim  
omnia bona episcopatus obligavit  
quæ obligare potuit; ~~per~~ plus quam  
ad 200 milia librarum Turonensium  
pecunia recepta ad terram Delphinatus  
se transtulit. Eodem tempore domini  
Johannes rex Boemie, Baldunus  
archiepiscopus Treverensis, dux Lothoria-  
gie et comes Barrensis guerram cum  
Metensibus habebant. Metenses vero  
sperantes ab episcopo suo habere adiu-  
torium dederunt sibi 15 milia libra-  
rum Turonensium. Similiter et istam  
pecuniam deportavit, omnia suis successoribus

<sup>1</sup>/ deuteronomio corr. man. rec. ~~et~~ <sup>et</sup> ~~videtur~~  
ut videtur ex deuterono-  
miorum.  
(genitio restitutus est)

<sup>1</sup>/superscriptum manu scribæ.

<sup>1</sup>/dōm e.; man. rec. corr. dōm.

<sup>2</sup>/- os e corr. man. rec.